

Dei voluntatem dirigitis, in spe beatitudinis aeternae gloriari debitis, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Illa namque sine dubio est vera gloria, quam nullus moestitiae obtenebrat poena. Insuper idem summus Pontifex, et disertissimus doctor s. Gregorius (super 1. lib. Regum), elucidas illa verba Samuelis, Et nolite declinare post vana, quae non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, ait: Quidquid in hoc saeculo laetum, delectabile, sublimis, aut prosperum cernitur, vanum profecto est, quia difficile habetur, et cito amittitur. Repente quidem alta saeculi corrunt, pulchra transeunt, laeta, et prospera evanescent. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandius cernitur, repentina fortuna turbatur, aut festina, et omnia delubante morte concluditur. Vana ergo sunt gaudia saeculi, quae quasi manentia blandiuntur, sed amatores suos cito transeundo decipiunt. Et notandum quia de futuro dicitur, non proderunt vobis, quia nimirum nunc prodesse cernuntur; sed cum in futuro pro eis puniri coeperint, nequaquam prosunt, neque eruent vos, quia vana sunt; quasi dicat: idcirco vos tunc non adiuvant, quia cum mundo deficiunt, et post saeculum non habentur. Post saeculum non prosunt, quae finem vitae transire non possunt. Multum quidem saeculi bona durant, si cum a maiore usque ad extremam vitae perveniunt. In hac quidem vita suos amatores peccatis obligant, sed tunc non erunt, ubi quidem per meritum sunt, sed per auxilium non sunt. D. Chrysostomus (ho. 4. ex caris) haec eloquenter, ut assollet, scripsit: Mel in sacrificiis nunquam obtulimus legitimus. Miretur aliquis, et dicat, quare cum oleum, cum simula, cum aries, cum agnus, cum sanguis pecudum, cum cetera offeruntur in sacrificio Dei, mel tantum non offertur? Denique quod dicit, et quodcumque offertur, sale conditum offertur in sacrificio, et sermo vester sit sale conditus. Mel penitus non offertur. Et quodcumque contigerit, inquit, immundum erit. Mel sane voluptatis indicium est, et suavitatis, semper enim voluptas mortificat, semper voluptas Deo non placet; quodcumque dulcedinem habet, in Dei sacrificiis non offertur. Mel quidem ipsum dulce cum sit, sensum suavitatis demulcet, sicut et voluptas, sicut et libido, sicut et lasciviae. Deinde idem s. Chrysostomus (ho. 27. in prim. epist. Pauli ad Cor.), deliciarum amatoribus sic loquitur: Delicias amas? Ego te in delictis esse volo, sed in veris, quae nunquam longuescunt. Quae igitur verae deliciae sunt? Quae semper florent. Quae ad prandium Christum, participem rerum tuarum facias, vel suarum potius, hoc immensam habet voluptatem, et semper florent. Verum sensibilia non huiusmodi sunt, sed simul, et apparent, et abolerunt, et qui in delictis est, nihil melius se habet, quam qui in nullis est delictis, immo peius. Ille enim tanquam in porte sedet, hic tanquam in fluctibus, et morborum obsidionibus tantum aetnum minime ferre potest. Denique idem s. Chrysostomus (hom. 39. in 1. ad Cor.) in idem argumentum haec habet: In voluptate praestantissima quidem pars nostri servit, imperat autem abiectionis; illa excaecatur, undique ut caeca vincitur, haec agat, circumagat undique, quam conveniebat du-

ci potius. Infra: Estque non menti solum, sed ipsi etiam corpori inimica, et infensa voluptas, ex forti debile reddit, et solido eneratam, morbidum et sano, tenue ex compacto, ex florente et formoso deforme, otidum ex flagranti, ex mundo et puro impurum, ex utili inutile, ex recenti vetus, ex robusto succiduum, ex celeri tardum, ex sano languens, ex recto claudum. Per voluptatem mille mala malignus ille patrat satan. Sic totam pessumedit gentem. Impinguatus enim, incrassatus, dilatatus est dilectus, inquit, et calcitravit; haecenus d. Chrysostomus. Ergo si auditis Ecclesiae Patres, sugite dulcissimum illorum doctrinae lac, bibite coelestem ambrosiam, inebriamini hoc divino nectare, ut iam non in creaturis amplius exultetis, sed in Deo optimo maximo, qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XV.

Varis expositionibus explicantur verba illa Deiparae: Quia respexit humilitatem ancillae suae: permultaque de humilitate ex ss. Patrum doctrina traduntur, quae ad virtutem hanc sectandam mirum in modum invitant.

Cam humilitas amphibolice vox sit, nam consulto omissis variis eius significacionibus, quae ad rem non faciunt, manifestum et exploratum est apud omnes, nomine humilitatis significari tum exigitatem, tum abiectionem, iuxta illud (ad Phil. 3): Qui reformabit corpus humilitatis nostrae; idest, utile et abiectum: tum etiam virtutem humilitatis, iuxta illud Christi Domini: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Hinc oritur controversia tam inter antiquos, quam inter recentiores huius loci interpretes, quidnam istorum b. Virgo nomine humilitatis intellexerit, ipsamne sibi infusam virtutis humilitatem, an vero exigitatem, et parvitatem suam, seu abiectionem? d. Augustinus (ser. 2. de Assump.), d. Bernardus (hom. 1. super Miss.), s. Ildefonsus (ser. 1. de Assump.), d. Bonaventura (in spec. B. V. c. 8), d. Thomas (22. q. 161. ar. 1), Origenes (hom. 8. in Luc.), Rupertus (lib. 1. in Cant.), Venerab. Beda (super c. 1. Luc.), Hugo de sancto Victore (ibid.), et Eusebius Emisenus censent, sermonem esse hic de virtute humilitatis, quae in b. Virgine valde effulsit: verba d. Augustini sunt haec: Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O vere beata humilitas, quae Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, coelos innovavit, mundum purificavit, paradysum aperuit, et hominum animas de inferno liberavit. Non dissimila scribit d. Bernardus (prae. loc.): necnon et (ser. 42. sup. Cant.), ubi in hunc modum loquitur: Audierat: pulchrae sunt genae tuae sicut turturis, et collum tuum sicut monilia; acceptat et reprobationem ornatus aurei; et nihilominus tamen cum humilitate respondet: et quanto maiorem se audit, tanto humilior se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec in-

ter laudes suas, humilitatis obliuescit, quam et humiliter confitetur sub nardi nomine, ac si voce Virginis Mariae dicat, nullius mihi merito conscia sum ad tantam dignationem, nisi quod respexit Deus humilitatem ancillae suae. Nam quid est aliud: Nardus mea dedit odorem suum, quam placuit mea humilitas? Non mea, inquit, sapientia, non mea nobilitas, non mea plehritudus, quae nulla erant mihi, sed quae sola inerat humilitas, dedit odorem suum; haec ille. Alia his consentanea tradit Ven. Beda (loc. praec.), dicens: Cuius humilitas respicitur, recte beata ab omnibus cognominanda gratulatur: sunt et contrario, cuius superbia despecta condemnatur. Ecce, ides t vae, sive calamitatis nomine mulclata tobescit. Decebat enim, ut sicut per superbiam primae nostrae parentis mors in mundum intravit, ita denuo per humilitatem Mariae vitae introitus panderetur. Quibus verbis de virtute humilitatis, prout superbiae vitio opponitur, clarissime loquitur Beda. His perquam eruditam Origenis doctrinam adnectamus, qui (homil. 9. in com. sup. Luc.) quaestionem hanc proponit, et his verbis eam dissolvit: In quam humilitatem Mariae respexit Dominus? quid habet mater Salvatoris humile atque delectum, quae Dei Filium gestabat in utero? Quod ergo dicit, respexit in humilitatem ancillae suae, tale est, ac si dixerit: Respexit in iustitiam ancillae suae. Respexit in temperantiam, respexit in fortitudinem, ac sapientiam. Dignum quippe est, ut virtutes respiciat. Respondeat aliquis, et dicat: Intellego, quomodo Deus iustitiam ancillae suae, sapientiamque respiciat: quomodo autem intendat humilitatem, non satis liquet. Consideret qui quaerit talia, quoniam proprie in Scripturis una de virtutibus humilitatis praedicetur. At quippe Saluator: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris; haec ibi Origenes. Sed, et Hugo Cardinalis (in com. hui. loc.) Origenis sententiam sequutus ait: Quia respexit humilitatem ancillae suae. Placuit enim ei humilitas ancillae suae, cui displicebat superbia Euae; ut sicut per superbiam Euae mors intravit in mundum, sic per humilitatem ancillae vitae pandatur introitus. Ac tandem Ambrosius Ansbertus (lib. 2. in Apoc.) horum Patrum expositioni adhaerens, inquit: Cum itaque Maria Virgo ideo beata credenda sit, quia sine humano semine ex Spiritu sancto concepit, quia Dei Filium hominem factum intemerata virginitate mundo edidit, radicem tamen suae beatitudinis solerter inspiciens ait: Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: ac si diceret: quia humilitas vera praecessit, quae Dei Filium ad habitaculum carnis meae invitavit, quae Spiritum sanctum ad munditiam cordis mei attraxit, ut Verbi carnem cum Verbo, et Patre in visceribus meis formaret, propterea beatitudinis nominem in cunctis generationibus ipsa promeruit; haec antiqui illi Patres. Quibus si obicias, ad eorum labefactandam expositionem, non videri consentaneam summam modestiam Virginis, ut diceret, Deum respexisse ad virtutem suae humilitatis, id enim fuisset se laudare, et gloriari de humilitate, quod a vere humiliori longe alienum esse debuit: facile ex eorumdem doctri-

na responderi potest, beatam Virginem ibi minime in seipsa de sua humilitate gloriari, sed in Domino, a quo agnoscebat virtutis humilitatem accepisse, tanquam fundamentum ab ipso summo opifice iactum ad reliquam coelestium donorum fabricam in alia superextruendam; quemadmodum et d. Paulus (1. Cor. 15) absque ullo humilitatis praedictio dixit: Abundantius illis omnibus laboravi: et alibi (Rom. 8): Certus sum enim, quia neque mors, neque vita etc. neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.

Ceterum alii doctores, ut Euthymius (super c. 1. Luc.), Card. Caietanus (ibid.), Isidorus Clarus (orat. 7), Iansenius (in conc.), norster Stella, et doctissimus Benxamis (in harmonia super Magnif. tom. 1), Vatablus (in c. 1. Luc.), immo d. Bernardus (super Sig. mag.), Maldonatus, Card. Toletus (super c. 5. Luc.), et alii non pauci moderni arbiterantur Beda. His perquam locutam hoc loco de virtute humilitatis, sed de abiectione, parvitate, et exiguitate sua, ita ut sensus sit: quamvis parva sim, et Domini ancilla, ipse tamen dignatus est, ut mihi misericordiae plenissimum oculos habeat, ad hanc meam parvitate et abiectionem, ut eam exallem, respicere. Si autem quaeras ab his doctoribus: quoniam parvitas erat haec? respondent, parvitem in natura, quia homo erat in conditione, quia foemina in sexu, quia fragilis, immo et peccabilis quantum est ex se, nisi specialis Dei donum praeservaretur. Addunt deinde non solum locutam fuisse b. Virginem de parvitate in natura, sed et in gratia, et virtutibus, quia licet haec omnia in ea essent in heroico gradu, nec ipsa id ignoraret, propter lippissimum tamen divinae bonitatis cognitionem quia mens eius erat illustrata, omnia sua supernaturalia bona exigua sibi videbantur ad colendum et magnificandum Deum, qui maior est omni laude. Sed iam verba aliorum ex praecitis doctoribus hanc expositionem amplectentibus in medium producamus. Euthymius (su. c. 1. Lucae) disertis verbis illam docuit dicens: Se ipsam deiecit, quia tanta rei indignam; vel etiam propter abiectionem humanae naturae comparatae ad sublimitatem divinae. Cornelius Iansen. (in sua con.) sic habet: Itaque sensus est: Respexit exiguitatem ancillae suae, hoc est, me exiguitatem et infamiam ancillam suam. Secundum quem sensum magis his verbis Virginis modestia, et humilitas animi nobis commendatur, quam si nomen humilitatis hic pro virtute acciperetur. Non enim solum Deum respexisse dicit ad ancillam suam, sed etiam ad infamiam ancillam suam, immo, quod magis aliquid est, ad exiguitatem ancillae suae, quod intelligendum potissimum de exiguitate quoad materiam: existimabat enim se nullius meriti, nulliusque virtutis. Nec id quidem fete aut falso, quoniam considerabat se ipsam ex parte sui, non ex parte donorum Dei in ipsa. Huiusmodi enim consideratio humilitatis animi mater est. Ac tandem nosster Stella (sup. c. 1. Lucae) haec praecleara in idem argumentum scripsit: Quia respexit humilitatem ancillae suae, idest, meam exiguitatem

et parvitem. Et quantum coniectari possum, mea sententia haec est, sacram Virginem in hoc loco non fuisse locutam de humilitatis virtute. Nam in graeco codice habetur, *tapinosim*, quod vocabulum parvitem sonat: ac si dixisset clarior: *Quamvis parvula sim, et minima ancilla Domini, ipse tamen adeo est humilitatis amator, ut oculos coniciat in infamam ancillam suam. Quis enim sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in caelo et in terra? hoc est, in infima et abiecta respicit e caelo: quod ut cognoscamus ita esse, subdidit: Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.* — Regius psaltes de seipso loquitur, qui de abiecto, humilique oculo custode ad apicem celsitudinis regni pervenerat. Neque ubi dicit humilia, intelligas laudabilem cuiusque abiectiorem, et suae miseriae agnitionem: non ut super, non dicereur humilitas, sed potius suavia, seipsum praedicare humilem; sed ubi abiectiorem, et sui contemptum apud homines demonstrat. Unde s. Iob depingens ingenium Dei inquit: *Qui ponit humiles in sublimi. Hic humiles quasi mundi peripetam et abiectos intelligi, qui pro nihilo habentur apud homines. In quo etiam sensu illa sancta foemina Lia contemnebatur a viro suo Iacob, dum ardenti amore prosequatur speciosam Rachel. Postquam ergo peperit Ruben, Lia dicit: Vidit Deus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. Ecce humilitas, ubi significat idem, quod contemptus et abiectio erga virum suum propter eius deformitatem. Horum autem doctorum expositio, quae satis rationabilis videtur, his quae sequuntur, fulcimentis potest constabiliari. Primo quo codici graeco est valde conformis, in quo pro humilitate habetur *tapinosim*, quod parvitem et exiguitatem significat, et ut auctor est Iansenius, linguae graecae peritissimus, nunquam significat, quiddam alii refragantur, virtutem humilitatis; unde Catena graeca adiuncta psalmis Theodori hanc expositionem amplectens ait: *Quasi dicat Virgo: quae ego sum ad tantum officium? ipse respexit, non ego exspectavi, humilis namque eram, et nunc a terra in caelos transeo, et ad arcana ministerium trahor. Secundo: quia licet quandoque sancti viri non ad laudem suam, sed ad maiorem Dei gloriam coelestia charismata divinitus accepta manifestent, ut non semel factitat d. Paulus in suis epistolis, nunquam tamen apud illum, nec apud alios, reperitur ore suo protulisse, se esse humiles, seu in virtute humilitatis conspicuos: id enim ab eo humilis semper abiit. Unde non male quidam dixit, dicentem se humilem esse, propositionem se falsificantem proferre, ut loquuntur Dialectici, quia commendatio propriae humilitatis manifestum superbiae argumentum est: alienum igitur erat ab humilissima Maria dicere, quod respererat Deus virtutem suae humilitatis; consentaneum tamen modestiae illius, ut nomine humilitatis intelligeret suam parvitem, exiguitatem, et abiectiorem. Quod si Christus Dominus dixit: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde*, inde non potest sumi argumentum, id licuisse dicere sanctis, cum multa li-**

nerint ei dicere et facere, quae tamen nobis non licent. Tertio: quia intentum d. Virginis, et praecipuum eius scopus erat, exaltare regnam liberalitatem et munificentiam eius seipsam; haec autem tanto magis effulget, quanto minor sua merita ex parte recipientis dona: non ergo b. Virgo loquebatur de sua virtute humilitatis, quae maximi meriti erat, sed de parvitate, et abiectiōe sua, in sensu supra explicato: immo ad id significandum fecit antithesim illam inter Deum et se, vocans illum Dominum, *Magnificat anima mea Dominum*, quod magnitudinem redolet; se vero humilem et parvam: *Quia respexit humilitatem ancillae suae*, quod abiectiōnem praesertit.

Ego autem primam sanctorum Patrum expositionem suspiciens ac venerans, secundam etiam gravissimorum Interpretum intelligentiam non inficians, utramque duplici modo in concordiam redigo. Primo dicendo, quod nomine humilitatis b. Virgo comprehendit et exiguitatem suam, et virtutem humilitatis, ut his verbis expresse docuit d. Augustinus (in *expos. super Magn.*): *Maria, quae apud Deum humilis erat, et apud homines propter Deum abiecta, in utroque se esse respectam testatur, quia eius humilitas apud Deum acceptabilis fuit, et eius humilitas apud homines in gloriam commutata. Secundo arbitror, ni fallor, b. Virginem nomine humilitatis, ut quae humillima erat, non intellexisse virtutem infusam, sed parvitem et exiguitatem suam, ad mentem tamen Spiritus sancti, Mariae lingua moventis: existimo ibi significatam etiam fuisse virtutem humilitatis, et ad illam quoque vere respexisse Deum, et propter illam Mariam exaltasse. Nec verum est, quod Iansenius (in *sua Conc.*) dixit, verbum illud *tapinosim* nunquam significare virtutem humilitatis: fallitur enim, ut patet expresse ex *Matth. 11*, ubi Christus sub illo verbo se vocat *humilem corde*, et ex *1. Pet. 5*, et *Iacob. 4*, ubi iusti eadem voce dicuntur *humiles: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*: immo d. Hieronymus (in *epist. ad Ablas.*) pro vitio aliquando accipi docet. Assero itaque, quod licet Virgo nomine humilitatis parvitem et abiectiōnem suam intellexerit, Spiritus sanctus tamen praecipuus illorum verborum auctor, significare etiam voluit virtutem humilitatis, quam ipsa Virgo, illa profertens, mente, et ore exercebat; quippe cum posset quatuordecim reges, et eo amplius ex suo stemmate numerare, ac innumeris agnosceret coelestibus charismatibus esse divinitus locupletatam, vilem tamen et abiectam se praedicabat, pendens quidem se ad huiusmodi tam naturae, quam gratiae dona, non merito suo, sed divino beneficio ac munificentia ab aeterno observandum est, cum videret se undique spiritualibus divinae gratiae opibus affluentem, recurrit ad naturae paupertatem, ut inde se magis humiliandi ansam arripere; quod sane mirum in modum eius humilitatem extollit, quemadmodum d. Chrysostomus (*homil. 23. in ult. c. ad Corint.*) in Abrahamo observavit, nam ex-pendens illa verba: *Ego autem sum terra ac cinis*, ait: *Quoniam non habebat peccata, quae di-**

ceret, sed undique bonis operibus fulgebat, circumcursans, et nihil contra se inveniens, ad naturam ipsam confugit: et quoniam terrae nomen videtur quodammodo honestum, cineris, addidit: dicit enim, cum sim pulvis, et cinis. Erat quidem b. Virgo vera filia Abrahae et Davidis, et ideo in virtute humilitatis persimilis illis profuit, immo illos longe praecellit: unde sicut olim Abraham existens in convalle Mambre, quod eximiam eius humilitatem denotabat, Dominus domum eius ingressus est sub apparenti specie humana (*Gen. 18*): *Apparuit autem Dominus in convalle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi*; ita b. Virgini in convalle profundae suae humilitatis latentem comparuit Dominus, non in apparenti, sed in vera specie humana, quam ex ea sumpsit: apparuit, inquam, in utero eius, post novem menses omnibus apparuitur ad erudiendos nos, ut dicit d. Paulus (*ad Tit. 2*): *Apparuit benignitas, et humanitas Salvatoris nostri etc. erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et saecularia desideria, sobrii, pie, et iuste vivamus in hoc saeculo*. Quemadmodum etiam olim, cum rex David arcam Domini in domum suam introducere decrevisset, depositis regalibus indumentis, Ephod lineo accinctus, coram illa saltavit, a propria tamen uxore Michol despectus per irrisionem illi dicebat (*2. Reg. 6*): *Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas sarrorum suorum, et nudatus est quasi nudatus suus de scurris*: ille nihil pendens hanc despectum respondit (*Ibid.*): *Et ludam, et vittor fam, plusquam factus sum; et ero humilis in oculis meis*; ita etiam b. Virgo, antequam Verbum divinum in domum ipsius uteri virginis intraret, patrem suum David admissim in omnibus et per omnia imitans, sicut ille tunc alba se induit et lineae veste, Maria purissimo virginittatis indumento se ornavit: David tunc cantabat, et tripudiabat, Maria etiam iubilabat, et canebat (*Luc. 1*): *Magnificat anima mea Dominum: David totis viribus saltabat coram Domino in omnibus lignis affabrefactis, et lyris, et tympanis, et citharis*, inter quae fortassis illa erat, quam, cum spiritus Domini malus arripiebat Saul, tollebat David, et percutiebat manu sua, et refoecillabat Saul, et melius habebat, et recedebatur ab eo spiritus malus; Maria percutiebat citharam oris sui, qua in domo Zachariae, cum eius lingua tamquam dulcisona chorda Spiritus sancti digitis fuisset tacta, tam suavem sonum emisit, ut illo audio, spiritus malus, qui Ioan-nem arripuerat, statim ab eo recederet: et Ioannes sic melius se haberet, adeo ut ad Mariae vocem continuo in gaudio exultaret: ac tandem sicut David eo tempore humilliolem, quam inquam se praebuit, et postea dixit praecitata illa verba (*2. Reg. 6*): *Ludam, et vittor fam, plusquam factus sum, et ero humilis in oculis meis*: ita nunc Maria dicens: *Respexit humilitatem ancillae suae, humillimam se exhibuit*; cum enim eo tempore iam Christum humilitatis magistrum et auctorem concepsisset, divinisque muneribus copiosius esset cumulata, humillius tunc se gerebat, ad nunquam implens illud Salomonis (*Eccles. 3*): *Quanto magis es, humilia te in omnibus*: quare d. Antonius (*4. p. tit. 15. c.*

5. §. 1) dixit: *B. Maria quanto maior fuit, tanto minor ipsa sibi videbatur propter immensam humilitatem*. Et quemadmodum arbor magna pomorum copia omnia ramos suos ad terram demittens se humiliat, et quanto magis fructibus onusta, tanto magis se deiciit; ita Maria quanto post Christi conceptionem onusta erat benedictio illi fructu ventris sui, divinisque charismatibus plenior, tanto magis se humiliabat ac demittebat. Hanc miram Virginis humilitatem sponsus quasi admirans dixit ei (*Cant. 7*): *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis*: per calcamenta Virginis eius humilitatem intelligit, quorum proprium est infimum locum tenere, et a planta pedis calcari; unde perinde fuit, ac si diceret, placere sibi valde mirabiles progressus, quos in virtute humilitatis in dies faciebat. Ut autem significaret humilitatem regiam virtutem esse, et illa valde principes decorari, idcirco laudans sponsus sponsam de humilitate, *filiam principis* appellavit. Quemadmodum enim superbia, licet sit quaedam exaltatio et elatio, vere deprimit, et deiecit superbum, ita e contrario, licet humilitas sit quaedam deiectio, humilem tamen exaltat et extollit: unde verba illa quae Christus Dominus dixit (*Matth. 23*): *Qui se humiliaverit, exaltabitur: et qui se exaltat, humiliabitur*, non solum verificari roe postquam ille se humiliaverit, et iste se exallaverit, sed et in ipso humilitatis actu, in quo supra quaedam altitudo, et in ipso actu superbiae summa quaedam abiectio laet, ut his verbis peripse docuit d. Augustinus (*lib. 14. de Civ. cap. 15*): *Est aliquid humilitatis miro modo, quod sursum facit cor, et est aliquid elationis, quod deorsum facit cor. Hoc quidem quasi contrarium videretur, ut elatio sit deorsum, et humilitas sursum: sed pia humilitas facit subitum superiori. Nihil est autem superius Deo, et ideo exaltat humilitas, quae facit subitum Deo; elatio autem, quae in vitio est, eo ipso, quod respicit subiectionem, cadit ab illo, quo non est quidem superius, et fit, quod scriptum est in psalmo: Deicietur eis dom allearentur, ut postea deicerentur; sed cum extollerentur, tunc deieci sunt, ipsum quippe extolli, iam deieci est; haec Augustinus. Aliam eiusdem rei praeclearam etiam rationem offert d. Gregorius (*lib. 6. Mor. c. 68. super illa verba Iob*) *Qui ponit humiles in sublimi: quo loco docet hic magnus Pater humiles, eo ipso quod se humiliat, altissimos fieri: In sublimi, inquit, humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substernunt, altae mentis iudicio circumcincta temporalia transcendunt, et cum se indignos in omnibus aestimant, rectae cogitationis examine, huius mundi gloriam transcendentem calcant; dum autem ipsi magis se calcare nituntur, Deus magis eosdem extollere salutat, placido vultu illos respiciens, ad quem aspectum alludens b. Virgo dixit: *Quia respexit humilitatem ancillae suae*.**

Quae verba ut adhuc uberius explicemus, observare oportebit varios modos, quibus oculi Dei sole ipso lucidores, b. Virginem conspexere. Certè quamvis Deus in sacra Scriptura respicere dicatur ad veniam largiendum; quomodo: respexit Petrum, et egressus foras,

pars adhuc reliqua est. Audi , et eborresce etiam. et nunquam de humilitate eleveris. Extollit humilitas, nisi vera et germana fuerit. Est ea ars profecto diabolica, ut sic plures eo quod inanem gloriam vicerunt, gloriantur inanius, ut ita et qui se humiliaverunt, extollantur. Verbi gratia: Venit quisquam frater aut etiam servus: suscepisti eum, laxasti pedes eius, fecisti quod nescis; humilitatem consecutus es. Ea te cogitatio extollit, immo ex alto deicit. Unde igitur possit quis solide in humilitate persistere? Si praeceptum Domini semper animo verset, quo ait: Cum feceritis quae praecepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus. Ille solus humilitatem animari vere consecutus est, qui sibi ipsi persuasit, quantumlibet peregerit, nihil se magnum gessisse; qui nec ad finem perenisse arbitratur. Complures ex humilitate in superbiam elati sunt, sed nos ne obscuro id potiamur. Fecisti aliquid humile? noli magnum sapere, aliquando omnia perdidisti. Eiusmodi fuit phariseus ille, qui elatus intumuit, quod pauperibus decimas daret, et omnia amisit. Non sic publicanus ille, qui quoniam se humiliter agnoscebat, iustificari pro illo meruit. Audi rursum Paulum dicentem: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vides quam se non extulerit, sed modis omnibus delecevit, atque humilior evaserit, idque cum ad supernam virtutis culmen pervenisset. Tres etiam pueri ignibus iniecti, quid in media fornace dicebant? Peccavimus cum patribus nostris, iniquitatem fecimus, sed in corde contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Ita et cum in fornacem incidissent, humiliores quam antea fuerant, claruerunt. Nam postquam miraculum illud circa se patratum viderunt, se ipsos salute indignos arbitantes, ad humilitatem protinus conversi sunt. Audi quid et David dixerit: Quid si dixerit mihi, nolo te, ecce ego faciat mihi, quod acceptum est coram se. Paterat certe sua plurima recte facta proferre, sed humilia sentire, et dicere maluit. Heli quoque: Dominus, inquit, est, quod gratum est coram te, faciat: et paulo interior: Si humiles sumus ut deest, si nites, ac mansueti ut oportet, non sit nobis ea humilitas elationis occasio. Humilis es, et cunctis abiectioni, noli idecirco inflari, ideo enim te humilias, ut arrogantiam fugias. Quod si per hanc arrogantiam cornus, melius fuerat non humiliari. Quoties tibi subrepit elata cogitatio, quod quasi humilitatis culmen occupaveris, considera vinam, unde descenderit Dominus tuus, et tunc depones te ipsum admirari et laudare. Immo te, et tua omnia ridere cogaris, cum et collatione dominicæ humilitatis, nihil te omnino proficisse cognoveris, debitorem te semper existimas.

Alii Patres tertium remedium tradunt ad virtutis humilitatem obtinendam, illudque efficacissimum, ut Christum Dominum opere et sermone, verbo et exemplo humilitatem docentem intueamur et audiamus: unde Origenes (ho. 22) ait: Unicuique Domini dispensationem ad humilitatem nos instruere deprehendimus. Cum infans eset, in ca in spelunca, nec lecto, sed praesepe imponitur. Deinde in domicilio fabri, et matris pauperulae enutritur, subditus matri et illius sponso. Subditur Iocanni, et baptismum suscepit a servo Domini. Nemini adver-

sariorum resistit, neque inenarrabilem suam potestatem in quemquam vibrat, sed quasi potentioribus cedit. Principibus sacerdotum in forma rei sistitur, ad praesidem ducitur, et iudicium illius sustinet, et cum posset calumnietores arguere, silentio tolerat illorum calumnias. Conspicitur a servis, ac vilissimis pueris; morti traditur, eique, hominum iudicio, turpissime: post tantam vero animi humilitatem, tandem et gloriam suam exerit, una secum glorificans quot cum ipso ignominiam tulere; quorum primi sunt beati discipuli, qui pauperes, ac mundi orbem percurrerunt, non in sapientia sermone, non sequacium multitudine suffulti, sed soli, et piscatores, et desolati, terram ac mare peragrantes, flagris caesi, lapidati, et occisi. Ad horum nos imitationem conferamus, ut ex humili nobis sempiterna nascatur gloria. Sit tibi et ornatus, et indumentum, et incessus, et cathedra ad mediocritatem magis, quam ad fastum. Par esto subiectis. Qui nanque primus esse cupit, omnium hominum servum esse iubet Christus. Ana humilitatem, et glorificabit te. Agnosce te Christum tanquam discipulum suum coram angelis, et glorificabit te, si humilitatis ipsius virum imitator, qui dixit: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et intencitis regnum animabus vestris: et d. Augustinus (lib. de sancta virg.), loquens de Chananea, quae humili affectu dixerat se canem esse, ait: O mulier, magna est fides tua; fat tibi sicut vis: quam superius canem appellaverat, nec et panem filiorum proiciendum esse responderat, quod illa humiliter accipiens, dixerat: etiam Domine, nam et catelli edunt de micis; ac sic quod assidue clamore non impetraverat, humili confessione promeruit. Hinc illi duo proponuntur crantes in templo, unus phariseus, alter publicanus propter eos, qui iusti sibi videntur, et spernunt ceteros, et enumerationi meritorum praefertur confessio peccatorum: et descendit publicanus iustificatus magis, quam ille phariseus. Et causam ostendens, cur id iustum sit, ait: Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Quid illud, quod quaerentibus discipulis, quis eorum videretur esse maior, puerum parvulum constituit ante oculos eorum, dicens: Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum; nonne humilitatem maxime commendavit, et in ea meritum magnitudinis posuit? Vel cum filiis Zebedae latera eius in sedium sublimitate concupiscentibus illa respondit, ut passionis eius colicem bibendum potius cogitarent, in quo se humiliavit usque ad mortem, mortem autem crucis, quam superbo appetitu praefert ceteris postularunt, quod ostendit nisi eis se futurum altitudinis largitorem, qui eum doctorem humilitatis antea sequerentur. Jam vero qui exiturus ad passionem laici pedes discipulis, monuitque ut condiscipulis, atque conversis hoc facerent, quod eis fecisset magister et Dominus, quantum commendavit humilitatem, cui commendandae etiam illud tempus eligit, quo cum proxime moriturum, cum magno desiderio contuebantur? hoc utique praecipue memoria referentur, quod magister imitandum altimum demonstrasset, ait: hoc facile in meam commemorationem: et ibidem subiungit: Hucine redacti

sunt thesauri sapientiae, et scientiae absconditi in te, ut hoc pro magno discamus a te, quoniam mitis es, et humilis corde? Hanc magnum esse esse parvum, ut nisi a te, qui tam magnus es, fieret, disci omnino non posset? Ita plane. Audiant te, et veniant ad te, et mitis atque humilis esse discant a te, qui misericordiam, et veritatem tuam requirunt, tibi vivendo, tibi, non sibi. Audiat hoc laborans et oneratus, qui sarcina premitur, ut oculos ad coelum levare non audeat, percussus pectus ille peccator, et propinquans de longinquo. Audiat Centurio non dignus cuius lectum subires; audiat Zachaeus, maior publicanorum; audiat mulier in civitate peccatrix; audiant meretrices et publicani, qui scribas et phariseos praecedunt in regno caelorum. Hi omnes cum concertantur ad te, facile mitescent, et humiliorum coram te, memores iniquissimae vitae suae, et indulgentissimae misericordiae tuae, quia ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia. Ac tandem d. Gregorius (lib. 34. mor. cap. 18.) exponens verba illa Iob, ubi sermonem habens de Leviathan dicit: Ipse est rex super universos filios superbiae, sic habet: Audiant omnes: Immundus est apud Deum omnis, qui exaltat cor suum. Audiant omnes: Quid superbis terra, et cinis? Audiant omnes: Dominum dicentem: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Ad hoc nanque unigenitus Dei Filius formam infirmitatis nostrae suscepit; ad hoc invisibilis non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit; ad hoc contumeliarum ludibria, irrisorium opprobria, passionumque tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam is, qui sine aestimatione magnus est, usque ad passionem factus est parvus? Quia enim originem perditioni nostrae superbia praebuit diaboli, instrumentum redemptionis nostrae iuxta est humilitas Dei. Hostis quippe noster videri super omnia voluit elatus; Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus. Auctor mortis dicit: In coelum condescendam; auctor vitae ait: Repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit. Ille dicit: Super astra coeli exaltabo solium meum: iste humano generi a paradisi sedibus expulso dicit: Ecce venio cito, et habitabo in medio tui. Ille dicit: sedeo in montem Testamenti, in lateribus Aquilonis: iste dicit: Ego sum vermis, et non homo, opprobrium hominum, et abiectioni plebis. Ille dicit: Ascendam super altitudinem nubium, et similis ero Altissimo; iste cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exaniavit formam servi accipiens.

Quantum remedium ad humilitatem comparandum tradit idem d. Gregorius (hom. 2. in Ezechiel.), attentam scilicet ac profundam magnitudinis, et omnipotentiae Dei considerationem. Dum enim divinam maiestatem contemplantur, quam longe ab ea abest humana infirmitas ac labilis nostra conditio, necesse erit agnoscere. Verba eius, utpote spiritu, doctrina, et eruditione plena, hic referre minime gravabor: Vox supra firmamentum fit, quando animus hominis omne quod creatum est transcen-

dens, in solo Creatoris sui lumine fidei oculis figit, quod ubique est, et ubique totus est; quod nusquam deest, et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est; quod nec tibi deest, ubi longe est, quia ubi non est per gratiam, est per vincendum. Huius naturae potentiam cum strictius in ea cogitat animus, vox super firmamentum fit, et tunc stant animalia, et submitunt alas suas, quia sanctorum mentes, dum Creatoris sui potentiam intenta contemplatione desiderant, videntur coram animo virtutes, quas habent, et tanto sunt opus se humiles, quanto eis illud altitatum est, quod super angelos sonat. Deponant ergo alas suas, cum vox super firmamentum fit, id est, humilior in eo, quod apprehendunt, cum superna conspiciunt, quae ab eis comprehendunt non possunt. Saepe etiam sanctorum cogitationibus ipsa, quae habent bona, blanduntur, ut coram mentes in aliqua sui fiducia elevent, sed protinus ad occulta Dei iudicia recurrunt, quod modo alii ex virtutibus ad infernum per eolationem currunt, alii ex vitis correcti, ad coelum pro humilitatem levatur. Unde nos ad humilitatem revocans propheta terret, et admonet dicens: Venite, et videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum. Quis enim digne considerare valeat, quantum super nos terror sit consiliorum Dei, quando alter ex virtutibus in finem tendit in vitam, et alter ex vitis in virtutibus concludit finem? Quia iuxta Salomonis sententiam: Sunt iusti, aut sapientes, et opera eorum in manu Dei; et tamen nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur iniquis: est: Est vita, quae videtur homini iusta, novissima autem eius deducunt ad mortem. Haec itaque occulta iudicia profunda cogitare, quid est aliud, quam alas deponere, id est, de nulla iam virtute confidere, sed sub magno timore trepidare? sive enim omnipotentis Dei naturam considerent, sive eius iudicia perpendant, trepidant et pertimescunt. Eis ergo quasi alas deponere est, virtutes, quas habent, humiliare. Sic Abraham alas deposuit, qui quando loqui cum Deo coepit, pluerem et cinerem se esse cognovit dicens: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis. Sic Moyses alas deposuit, qui eruditus in omnia scientia Aegyptiorum, mox ut verba Domini audivit, verba se non habere apprehendit, dicens: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, et nudistertius; ex quo enim locutus es ad seruum tuum, impeditioris et tardioris linguae sum. Sic Isaias, cuius vita Domino ad praedicandum placuerat, cum eundem Dominum contemplatus, carbone de altari in ore factus est, ait: Vae mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Ecce ad superiora sublevaris, sibi metipso de laborum pollutione displicuit. Nisi enim celestis munditiae alta conspiceret, esse se indicabilem non inventisset. Sic loquente Domino Ieremias clamavit, A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum. Iuxta enim ea verba quae audiebat, verba se non habere cognoverat. Sic Daniel sublimem visionem videns, per plurimos dies elanguit, et aegrotavit, quod et hi, qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt, in sua sublimi aestimatione infirmi tunc quae imbecilles fiunt. Sic beatus Iob a Domino laudatus, cum verba

Dei colloquens audiret, respondit dicens: *Insuper locutus sum, et quae ultra modum excederet scientiam meam; et paulo post: idcirco ipse me reprehendo, et ego poenitentiam in favilla, et cinere. Qui enim quantum ad homines sapienter locutus fuerat, loquentem sibi Deum audiens, insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contemplatione verge sapientiae sua ei sapientia vult. Ad vocem ergo desuper viventem animalia alas deponunt, quia virtutem Dei, sive in natura sua contemplari requiramus, sive in occultis iudiciis investigare cogitemus, pro eo quod eius alta nobis impenetrabilia sunt, nostra nobis, si qua inesse bona credebantur, vitescent. Et qui in quantumcumque scientia volare credebatur, invisibilem super nos naturam, et impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus.*

Tandem ultimum remedium, et efficacissimum ad humilitatem inquirendam, humilialione esse his verbis d. Bernardus (*epist. 87. ad Egerium Canon. regul.*) edocuit: *Humilitatio est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetit humilitatis, viam non refugias humilialionem. Prodest itaque mihi meam insipientiam sciri, et a scientibus iure confundi, cui saepe contigit a nescientibus iniuste laudari. Terret me Apostolus, qui et ipse territus dicit: Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Quam pulchre dicit: parco. Non parci sibi arrogans, non parci sibi superbus, non cupidus vanae gloriae et tactator actuum suorum, qui se sibi arrogat, quod est, vel mentitur de se, quod non est. Solus, qui vere humilis est, parci animae suae, qui ne putetur quod non est, semper quantum in se est, vult nesciri quod est. Grande revera periculum, audire quemquam de se supra, quam sentit in se! Quis dabit mihi apud homines tantum de veris digne humiliari, quantum vel de falsis datum est indigne exaltari? Illam mihi vocem prophetica iure assumerem: Exaltatus autem humiliatus sum, et conturbatus; et illud: Ludam, et fam vilior. Ludam scilicet, ut ludar. Bonus ludus, quo Michol trahitur, ut ludar. Bonus ludus, quo Michol trahitur, et Deus delectatur: bonus ludus, qui hominibus videtur ridiculum, sed angelis pulcherrimum spectaculum praebet: bonus, inquam, ludus, quo efficitur opprobrium abundantibus, et despectio superbis. Nam recera quae illud saecularibus, quam ludere videtur, cum quod ipsi appetunt in hoc saeculo, nos per contrarium fugimus, et quod ipsi fugiunt, nos appetimus? Ludus iucundus, honestus, gravis, quo ludebat qui dicebat: Spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus. Hoc ludo et nos interim ludamus, ut illudamur, confundamur, humiliemur, donec veniat, qui potentes deponit, et exaltat humiles, qui nos laetificet, et in aeternum exaltet.*

Ad extremum non possum aliam eorumdem verborum b. Virginis explicationem silentio praeterire: pro qua supponendum est, quod humilitas non semel in sacris eloquiis afflictionem significat: eadem enim fere verba Anna mater Samuelis loquuta est (*1. Reg. 1*): *Si respiciens videris afflictionem famulae tuae: ubi*

in Graeco: *Si respiciens humilitatem ancillae tuae; quae autem fuerit haec afflictio b. Virginis, si me interroges, respondebo tuis, tam quod doleret miseram humani generis vicem; tum quod maxima animi anxietate afficeretur propter dilationem adventus Christi in carne humana; qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XVI.

Erulite exponi incipiunt verba illa: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Sacra haec Virginis verba, ut radicibus exponamus, oportet ad omnia quid sibi velit verbum illud, *ex hoc*, explicare. Nam d. Bonaventura (*sup. c. 1. Luc.*), Episcopus Cristopolitanus, Cornelius Iansenus (*in sua Conc. ad c. 1. Luc.*), et alii non pauci moderni sequentes vener. Bedam, opinati sunt verbum illud *ex hoc* designare humilitatem Virginis; nam cum nuper dixisset: *respexit humilitatem meam*, et continuo subiunxit (*Luc. 1*): *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, videtur plane humilitatem signare, tanquam causam huius universalis commendationis et applausus, unde Beda (*ubi sup.*): *Cuius autem humilitas respicitur, recte beata ab omnibus cognominatur, unde sequitur: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; hoc est, ex eo quia respexit meam humilitatem. Alii volunt, ut verbum illud *ex hoc* designet illud quod in sequenti versiculo subiicit: *Quia fecit mihi magna; ita ut sensus sit, ex hoc, quod fecit mihi magna qui potens est, beatam me dicent omnes generationes. Mihi tamen germani videri d. Hieronymi, (*in c. 8. Isai.*), Theophylacti (*in c. 1. Luc.*), Euthymii (*ibid.*), necnon et d. Augustini (*sup. Magnif.*), et aliorum interpretatio assentium, verbum illud *ex hoc* designare tempus in quo iam b. Virgo facta et agnita erat vera mater Dei; unde d. Hieronymus pro eo quod nos legimus: *Ecce enim ex hoc, ipse vertit: ecce enim amodo, quod idem sonat, quod ex hoc tempore. Theophylactus quoque expresse legit ex hoc tempore. Euthymius exponit ecce enim postea. Ac tandem d. Augustinus (*ubi supra*) quae probans expositionem inquit: *Usque ad illud tempus apud homines opprobrium sterilitatis poraverat, quia integritatem virginitalis tractaverat, carnali quasi maledictionis sententiam sustinuit, inde nunc ab omni generatione mortali benedictionem collaudabiliter recipit. Habetque haec expositio magnum fundamentum in graeco codice, nam ubi Interpres latinus legit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; graecus transtulit: Ecce enim ex hoc nunc beatam me dicent omnes generationes. Quare legitimus sensus erit: ex hoc nunc beata ab omnibus praedicabitur, quia Domini mater effecta sum; ex hoc enim instanti, quo tu, o Elisabeth, Spiritu sancto plena, Domini matrem me esse cognoscis, et fateris, et tuus etiam filius*****

adhuc in utero tuo existens, contra omnem naturalem cursum, meum filium, qui Deus est, adorat: *ex hoc*, inquam, *instanti* omnes gentes felicitatem meam praedicabunt. Tu de me nunc dicis, *beata, quae credidisti*; sed ego dico, quod *ex hoc nunc beatam me dicent omnes generationes*. In his verbis prophetiam contineri, atque adeo b. Virginem illuminatissimam fuisse prophetissam docuit expresse Glossa interlinearis, dum in commentario illorum verborum: *Et accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium*, ait, *prophetissam istam fuisse illam, quae prophetauit dicens: Magnificat anima mea Dominum; et d. Basilii (*sup. c. 18. Isa.*) eadem verba exponens inquit, quod b. Maria prophetissa fuerit, ad quam proxime per spiritus praenotionem accesserit Isaias, nemo contradixerit qui memor sit verborum Mariae, quae propheticè afflata spiritu locuta est. Recte ait, nemo contradixerit, quia omnes Patres, et alii ecclesiastici scriptores in eandem sententiam conspirant: d. Ambrosius (*sup. c. 1. Luc.*), s. Gregorius Nazianzenus (*orat. 42. q. 2. in Pasc.*), Cyrillus (*sup. hunc loc.*), Hieronymus (*sup. c. 8. Isai.*), d. Augustinus (*lib. 17. de Civ. Dei c. ult.*), Nyssen (*lib. de testim. de vet. test.*), Epiphanius (*haer. 78. prope fin.*), Eusebius (*de demonstr. evang. lib. 7. c. 6*), Petrus Galatinus (*lib. 7. c. 4. 5. et 12*), Lyra (*c. 1. Luc.*), Glossa ordinaria, ac tandem Rupertus Abbas (*lib. 1. in Cant.*), qui Mariam vocat *prophetissam prophetarum*. Prophetauit igitur b. Virgo, beata ac felicem se praedicandam ab omnibus generationibus: sicut enim de forti ac strenua muliere ait Sapiens: *Surrexerunt filii eius, et beatissimum praedicaverunt*; similem in modum surrexerunt in Ecclesia catholica filii Dei, non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati, qui per generationes, omniaque saecula Virginem beatissimam praedicarunt et praedicabunt. Et quidem si Christus Dominus dixit: *Beati qui non viderunt, et crediderunt*; quomodo non b. Deipara, quae aditissimum incarnationis arcanum angelo nuntiante firmissime credidit: *Beata quae credidisti, quia perfecit in te omnia quae dicta sunt tibi*? Et si David (*Ps. 39*) ait: *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius*; quomodo non beata Virgo, qui fecit magna qui potens est, et sanctum nomen eius? et si Sapiens inquit (*Prov. 3*): *Beati omnes, qui diligunt te*; quomodo non b. Maria, quae prae amoris magnitudine deficiebat: *Dicite dilecto, quia amore langueo*? et si idem Sapiens affirmat: *Beatus homo, qui semper est pauidus*; quomodo beata non erit Maria, quae sancto timore in angelica annuntiatione ex pavido: *Turbata est in sermone eius*? et si David dixit (*Psal. 143*): *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*; quomodo Virgo non erit beata, cuius Dominus Deus filius eius est? et si idem ait (*Ps. 83*): *Beati, qui habitant in domo tua Domine*; quomodo non b. Virgo adhuc in hoc saeculo, quae in eadem domo, et sub eodem lecto, imo et in infantia Christi in eodem lecto, et cum ipso per triginta et plures annos cohabitavit? et si idem ait (*Ps. 110*): *Beatus vir, qui miseretur et commodat*; quomodo non b. Virgo, quae tot misericordiae opera erga*

Deum hominem exercuit, illum potavit, cibavit, hospitium in propria domo recepit, nudum vestivi, captum a Iudeis visitavi, et mortuum sepelivi? ac tandem si idem propheta dicit (*Ps. 118*): *Beati immaculati in via*; quomodo non b. erit Maria, de qua sponsus ait (*Cant. 4*): *Pulchra es amica mea, et macula non est in te*: et quam Salomon vocavit *speculum sine macula*? Hoc laudationis vocis docuit me b. Basil. Seleuciaepiscopus (*in orat. de annunc.*), ubi ait: *Si d. Petrus ob id beatus appellatus, regni coelorum claves sortitus est, et Christus Dei Filius palam confessus est, quomodo ea super omnes beata praedicanda non est, quae illum parere meruit, quem ille confessus est?* Ceterum cum sanctissimam Virginem dicentem audio (*Luc. 1*): *Beata me dicent omnes generationes*, nomine beatitudinis intellexisse arbitror felicitatem et celebritatem sui nominis: sicut enim Christus nominis sui gloriam, et exaltationem eo ex obliquo, quod cum aequalis Patri esset, se exinanivit, formam servi accipiens, ita Deipara nominis sui gloriam ac celebritatem consecuta fuit, eo quod cum humilis ancilla esset, Dei Genitrix facta fuisset; praecipue tamen beatam se acclamandam intellexit, quia Filium Dei utero suo conceperat. Allusisse mihi videtur Deipara ad verba Liae, quae, eo quod Zelpha eius ancilla filium peperisset, dixit: *Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent mulieres*: quare verba potiori iure poterat b. Virgo sibi usurpare, quam Lia; tum quia partus ille alienus fuit, non de Lienae, b. vero Virgo ex propria substantia Christum concepit; tum quia si filium illum appellavit Lia Aser, quod interpretatur *beatitudo*, quomodo felicitatem, et beatitudinem Zelpha ei peperisset, certe beatissima Virgo Christum peperit, qui vere omnium angelorum et hominum obiectiva beatitudo est.

Adeo autem bene congruit Mariae *beatam* nominari, ut sicut inter deos a poetis, *Tonans* nominatur *Iuppiter*, inter prophetas *David*, inter sapientes *Salomon*, inter apostolos *Paulus*, inter oratores *Isidorus*, inter medicos *Galenus*; ita cum auditur b. Virgo, continuo Marium intelligentissimum significari. Quinque circumferantur beatitudinis, seu felicitatis definitiones, quae singulariter in Deiparam convenire reperio: Cicero (*in Tusc.*) felicem et beatum illum describit: *Cui, quidquid optavit, ad vota successit*. D. Augustinus (*li. 13. de Trin.*) aliam describit definitionem: *Beatus est habens omnia quae vult, et nihil mali vult*. Aristoteles autem (*lib. Metaph.*) aliter definiit: *Beatus est habens actus secundum perfectam animi virtutem*. Ac tandem Boetius (*lib. 3. de consolat.*) illam assignavit beatitudinis definitionem, quae per omnium ora vagatur: *Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus*: cum igitur Deipara Maria nihil a Deo obtinere absoluta voluntate optaverit, quod pro votis non fuerit consecuta; cum haberit omnia quae voluit, et nihil unquam mali voluit; cum Incessanter secundum perfectam animi virtutem semper operaretur ex plenitudine divinae gratiae; cum denique tanta bonorum copia aggregatim in illum confluxerit, ut simul esset Virgo et Mater

Dei, qui fons est et origo omnium bonorum, merito his omnibus nominibus *beata* nominari et praedicari ab omnibus nationibus debet, ut de seipsa prophetavit dicens: *Beata me dicent omnes generationes*. Illud tamen silentio non praeteribo, quod in magnam Virginis laudem cedit, observatum a nobis esse, nusquam generationum omnium laudem, et praedicationem nisi Deo tribui, in illa illud (*Psal. 139*): *In generatione, et generationem annuntiabimus laudem tuam: et illud: Domine memoriale tuum a generatione in generationem*; unde cum propria haec Dei laus Mariae tribuitur, illud certe in causa erit, quod Deum genuit, et eius mater est, cui omnium generationum laus debetur.

Porro iam explicare opus est, quid intellexerit b. Virgo per omnes generationes, a quibus se laudandam ratificata est. Antequam tamen id praestem, praesupponere oportet, beatissimam Virginem certe praecognovisse, propheticam spiritu afflatam celeberrimi sui nominis famam per universam terrarum orbem longe lateque diffundendam fore; ad quod alludens ipsa dixit (*Cant. 4*): *Surge aquilo, et veni auster, perfla ortum nevum*. Sed usquequo fluent, o dilectissima sponsa, aromata horti tui? usquequo fluet odor clarissimi nominis tui? certe in generationes generationum, quia generatio et generatio laudabunt opera tua: si enim bonum nomen, et fama non solum in vita, sed etiam post mortem sanctos et iustos concomitatur, iuxta illud (*Ps. 111*): *In memoria aeterna erit iustus*; et contra vero nomen impiorum putrescet, ut dixit Sapient (*Prov. 10*), et ut ait David (*Ps. 33*): *Perit memoria eorum cum sonitu*; multo magis Dei Genitricis immortalis fama, ac praestantissimi nominis eius laus per omnium ora volabit. Nobis quidem, ut significaret suavitatem odoris, quem immaculata eius vita efflaba, dixit (*Iob 9*): *Dies mei pertransierunt, quasi naves poma portantes*, quia sicut navibus odoriferis pomis onustis contingere solet, ut flante vento suavissimum post se odorem relinquunt, ita inculpabilissimo Iob accidit, ut quicumque via transibat, suavissimum sanctitatis vitae suae odorem relinqueret, ac per universum orbem illum spargeret. Quid quaeso fuit b. Virgo, nisi mystica navis odoriferis caelestium charismatum pomis onusta, ipsa dicens (*Cant. 7*): *Poma vetera, et nova servavi tibi, dilecte mi*? haec ergo navis per mare huius mundi, Spiritu sancto instar naucae illam gubernante, in saeculatae suae vitae suavam aede odorem spiravit, ut ad omnes nationes mira eius fragrantia perlingeret, ut in figura eius de regina Esther (*c. 9*) praedictum legitimus: *Fama nominis eius crebescat quotidie, et per omnium ora volitabat*. Quare potiori iure quam de rege Iosia licebit mihi dicere de regina Maria (*Eccles. 49*): *In omni ore quasi mel indurcorabitur eius memoria, et ut musica in conchivino vini*. Cum igitur beatissima Virgo exploratum haberet ob celsissimam, ac inaudiam Matris Dei dignitatem, nominis eius famam a mari usque ad mare, et usque ad terminos terrae fore divulgandam, consequenter agnovit ab omnibus generationibus beatam esse praedicandam.

Verum ut distinctius agnoscas, quaeenam sint istae generationes, duplicem illorum verborum interpretationem: *Beata me dicent omnes generationes*, breviter subiiciam. Primam tradit Hugo Card. (*super Magnif.*), qui b. Virginem esse ait velut centrum, seu medium terrae, ad quod omnium hominum generationes tanquam lineae a circumferentia ductae respiciunt: eius egregia verba haec sunt: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Omnes gentes, scilicet Iudaeorum et Gentilium, virorum et mulierum, divitum et pauperum, angelorum et hominum: quia omnes per ipsam salutarem beneficium acceperunt, homines reconciliationem, angeli reparationem: Christus enim Dei Filius operatus est salutem in medio terrae, id est in utero Mariae, quae quaedam mirabili proprietate, terrae medium, appellatur. Ad illam enim respiciunt, et qui habitant in coelo, et qui habitant in inferno, id est, in purgatorio, et qui habitant in mundo. Primi, ut resuscitentur. Secundi, ut eripiantur. Tertii, ut reconcilientur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes o beata Virgo; quia omnibus generationibus vitam, gratiam, et gloriam generasti; mortuis vitam, peccatoribus gratiam, miseris gloriam. Ita dicitur Iudith: Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter. Primum est vox angelorum, quorum ruina per ipsam reparata est. Secundum est vox hominum, quorum tristitia per eam lactificata est. Tertium est vox mulierum, quarum infamia per ipsam deleta est. Quartum est vox mortuorum, quorum captivitas per eam reducta est; haec ille. Secundam interpretationem adhibet Albertus Magnus (*in comment. huius loc.*), asserens sub nomine omnium generationum intelligi omnes generationes virorum, mulierum, coniugatorum, virginum, et viduarum, viventium, et morientium. Generatio enim virorum Deiparam beatam proclamat, quoniam per eam ad nos propagata est benedictio, sicut per primam matrem maledictio; sicut enim haec dedit viro suo de ligno vedito, ut comederet, et quia mortiferum erat, mortem illi intulit, ita Deipara dedit nobis lignum vitae, ut de fructu eius comedentes in aeternum viveremus. Generatio mulierum beatam praedicat Deiparam, quoniam ab infamia et opprobrio maledictionis per eam liberata est. Virginum generatio beatam Mariam salutem, immo et beatissimam, ut ait Salomon (*Cant. 6*): *Viderunt eam filiae Sion, et beatissimam praediceverunt*, tanquam virginitalis magistrum, et virginum vexilliferam. Viduarum coetus cum vidua Anna in templo beatam illam praedicat, cuius meminit d. Lucas. Coniugarum status cum coniugata Elisabeth in illa verba prorumpit (*Luc. 1*): *Beata quae credidisti, quoniam perficentur ea, quae dicta sunt tibi a Domino*. Videntes omnes, quid, cum orant, frequentius in ore versant, quam: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui*? Morientes quid proclamant, nisi: *Maria mater gratiae, mater misericordiae, tu nos ab hoste proteges, et hora mortis suscipe*? Mortui tandem in purgatorio carere detrusi confidenter illam matrem misericordiarum, auxilium eius, ut iude educantur,*

BEATAM PRAEDICANT MARIAM GENERATIO DIVINA, ET ANGELICA.

inaccessanter implorant. Atque horum omnium gradus laudantium: *Beata me dicent*. Cancellarius autem parisiensis (*tract. 5. super Magnif.*) triplicem rationem assignat, ob quam Deipara ob omnibus generationibus sit laudanda: prima, quia ipsa mater est illius, qui fecit omnes generationes coeli, et terrae: secunda, quia ab initio, et ante saecula praedestinata fuit, ut esset affinis omnium generationum; et enim nostra soror ab humana specie; est mater, ex spirituali nostra regeneratione; est cognata angelis intelligendi acuminis ac mentis, et corporis puritate: tertia, quia cum omnes generationes tam coelestes, quam terrestres, hoc est tam angeli, quam homines, varia ab ea receperint beneficia, iure gratitudinis omnes illam perpetuo collaudare tenentur. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XVII.

In eadem verba: *Beata me dicent omnes generationes: varia contextur b. Virginis encomia, quae tam gentiles, iudaei, haeretici, quam fideles ei detulerunt; inter quae pene innumerata, eaque clarissima epitheta, quibus divina eloquia, et sancti Patres Virginem exornant, recensentur.*

Antequam Deipara Maria recinisset canticum hoc, quo prophetas asseruit (*Luc. 1*): *Beata me dicent omnes generationes*, id ipsum Salomon praevideos in persona Virginis dixit (*Eccles. 24*): *Memoria mea in generationes saeculorum: ac si diceret: immortalis nominis mei fama per omnes generationes vagabitur, et omnia tempora transcendet. Quam autem id rationi consentaneum sit, his verbis sapienter probavit Ioannes Damascenus (*orat. 1. de Assumpt.*): *Si eorum, qui iustitiam coluerunt, memoria laudibus celebranda est, equis tandem iustitiae fontis, ac sanctitatis thesauri laudem non adhibeat? Beata est Virgo inter omnes generationes, sola, quae digna, quae beata praediceat. Ecce enim beatam te dicent omnes generationes, quemadmodum ipsa dixisti; te filiae Ierusalem, id est, ecclesiae viderunt, ac reginae, id est, iustorum amatae, beatam te dixerunt, atque in saecula collaudabunt; haec ille. Verum ego nomine generationum non solum fidelium generationem, sed omnes generationes, tam coelestes, quam terrestres comprehendi opinor, ita tamen ut universalitas haec sumatur pro generibus singulorum, non pro singulis generum, cum certum sit tam in praeterito, quam praesenti et futuro tempore numerat, qui diabolo spiritu incitati, ex odio in Christum, b. Virginem execrunt. Quare cum omnes generationes ad tres praesentis vocari, ad generationem divinam, angelicam, et humanam; haec vero ad generationem gentilium, iudaeorum, haereticorum, et fidelium, qui solum legitimum sunt Ecclesiae catholicae romanae alumni, ab his omnibus generationibus beatam praedicari Deiparam Mariam facile monstrabo.**

Isaia de aeterna Dei generatione agens, dixit (*c. 53*): *Generationem eius quis enarrabit? et de eadem loquens David in persona aeterni Patris ait (*Psal. 109*): *Ex utero ante luciferum genui te*. Haec igitur generatio, hic divinus partus, unigenitus scilicet Dei et Virginis Mariae Filius, illam variis modis beatam praediceat, multisque encomiis ad coelum usque exultit: nam praeterquam sancta Marcella dicebat: *Beata venter, qui te portavit, et ubera quae susceisti: cum ipse responderet: Quinimo beati qui audient verbum Dei, et custodiunt illud; consequenter beatam vocavit Matrem suam, divini Verbi vigilantem adeo custodem, ut nec minimum eius apicem unquam praeterisset. Observavi in celebratissimo illo Salomonis epithalamio, quod non contentus ille haec praecleara laude Mariam cumulare (*Cant. 4*): *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te: insuper a vertice capitis usque ad plantam pedis sub ingenio satis metaphors et allusionibus illam commendat. De capite ait (*Cant. 7*): *Caput tuum ut Carmelus; de capillis (*ibid.*): *Comae capitis tui sicut purpura regis; de oculis (*ibid.*): *Oculi tui columbarum; de naso (*Cant. 7*): *Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum; de genis (*Cant. 1*): *Pulchrae sunt genae tuae sicut turritis; de dentibus (*Cant. 4*): *Dentes tui sicut greges tonsurae, quae ascenderunt de laeacro; de labiis (*ibid.*): *Vox fuscitillans labia tua; de gutture (*Cant. 7*): *Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum; de collo (*Cant. 1*): *Collum tuum sicut monilia; de uberibus (*Cant. 4*): *Pulchriora sunt ubera tua vino; de immaculato ventre (*Cant. 7*): *Venter tuus sicut accerus tritici. Quid plura? vocem eius commendat (*Cant. 2*): *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis; imo et gressus eius laudat (*Cant. 7*): *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis. Ac tandem, ut paucis multa complectar, Rupertus (*lib. 7. de glor. Trinit.*) affirmat, totum Canticoium Iherosolitanum esse conscriptum, ut praecipue Dei sponsa Maria, quae ille nihil habet charius sibi que coniunctus, in eo vel maxime ab amatore divino, Deoque ipso depingatur; uno quaedam illic eius ipse generis, ut ad Ecclesiam et personam aliam, nisi Mariam, vix possint accommodari. Idem docet Andreas Cretenensis non vulgaris auctor (*serm. de dormit. Deip.*), dum ait: *Mariam in hoc ipso libro depingi, variisque modis mystice adumbrari.*****************

Anglica itidem generatio; hoc enim nomine appellantur, et comprehenduntur angeli a Moysae, cum dixit: *istae sunt generationes coeli, iuxta intelligentiam d. Augustini (1. de Gen. ad lit.)*, variis encomiis Deiparam exornat: in spiritu enim illam videntes laudant, et Iude dicente in persona Virginis: *Cum me laudarent astra malitiae, et tubarent omnes filii Dei; deinde in ortu eius ceciderunt: Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens, pul-*